



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

292. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

da est, ne eos recipiant antè quàm illuc redeant ubi rapinam fecerunt & omnia pleniter emendent.

In Capitulis Karlomanni, & apud Burchardum, tum etiam apud Ivonem & Gratianum, & in prima collectione Decretalium, longè diversa est editio istius capituli ab ea quam præfert collectio Reginonis. Nulla enim illic mentio fidelium Regis, ut neque in sequenti capite. Quin & in veteri codice Reginonis, quo nos usi sumus, hæc verba, & fidelibus nostris, cultelli ope erasa sunt in his duobus capitibus, sic tamen ut manifesta vestigia supersint veteris lectionis.

De eadem re. *Vnde suprâ.*

Capitula Karlom. ibid. c. 8.
Burchard. lib. 11. c. 12.

CCXCI. Placuit nobis & fidelibus nostris pro communi utilitate & instanti necessitate ut nullus Episcoporum graviter ferat si ejus parochianum pro hujusmodi depravationis causa alter Episcopus excommunicaverit.

De eadem re. *Ex eodem.*

Capitula Karlom. ibid. c. 10.

CCXCII. Si aliquis autem regiam potestatem & episcopalem auctoritatem pro nihilo duxerit, & rebellis existens in rapina occisus fuerit, nulli fidelium nostrorum, qui eum occiderit, aliquis fidam portet, neque pro ejus morte aliquid componat.

Si Episcopus non excommunicet prædatorem. *Ex Concilio ad Pistas.*

Concil. Tolet. 6. c. 7.

CCXCIII. Episcopus autem secundum